

*Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli  
ad Romános

5, 12. 17-19

**F**ratres:

<sup>12</sup> **S**icut per unum hóminem  
peccátum in hunc mundum intrávit  
et per peccátum mors,  
et ita in omnes hómines mors pertránsiit,  
eo quod omnes peccavérunt.

[13-16]

<sup>17</sup> Si enim uníus delícto mors regnávit per unum,  
multo magis, qui abundántiam grátiae  
et donatiónis iustítiae accípiunt,  
in vita regnábunt per unum Iesum Christum.

<sup>18</sup> Igitur sicut per uníus delíctum  
in omnes hómines in condemnatióne,  
sic et per uníus iustítiam  
in omnes hómines in iustificatióne vitæ;

<sup>19</sup> sicut enim per inobœdiéntiam uníus hóminis  
peccatóres constitúti sunt multi,  
ita et per uníus obœditióne  
iusti constituéntur multi.

Verbum Dómini.